

eates inde singulos dies bis idem punctum in ascendente, uno temporis momento.

PRONUNCIATVM LXVIII.

Si quando duæ ciuitates, quarum cognitæ sint latitudines & lōgitudines, uel saltem differentia longitudinum, iamq̄ ex superiori pronunc. inuentā sit, eas eodem momento quotidie semel aut bis unum habere ascendentem, punctum iam istud eclipticæ in ascendente expedite indagare.

Superiori pronunciatō cōmemoratum per nos est, fieri interdū, ut duo loca simul habeant eodem instanti unum ascendentē, uno die semel aut bis, quod si semel accidat die naturali, & locus qui Borealiore latitudinē habet, sic etiam orientior, hūc principiū γ in eodem instanti iacet in unoq̄ horizonte. Sed si locus, cuius latitudo Borealis est, fuerit occidentalis eo cui cōparatur, principiū δ in utroq̄ horizontē erit eodem momento. Atqui si contingit, sicut superius uisum est, uno die duo puncta eclipticæ in duobus locis simul esse in horizonte, tunc tibi p̄pone numerū cōparandū ex superiori pronunciatō inuentū, eius sinum duc in sinū latitudinis minoris, & p̄ductū diuide in sinum totū, quotientē pone in locum aliquē, unā cum sinu maximæ declinationis \odot , minorē duc in totū, p̄ductū diuide in maiorē, arcum quotientis subtrahē de 90, & residuū mōstrabit tibi distantia gradus ascendens à principio γ , si tñ ciuitas ista Borealis etiam orientior fuerit sua cōpare, uel ab initio δ , si fuerit occidentalis. Eam distantia si numeres secundū exigentiam rei à principio γ uel δ , secundum ordinē signorū, terminus ipsius siue finis dabit tibi punctum eclipticæ in utroq̄ horizonte eodem temporis momento inuentū. Exemplū etiam hic dabimus, ut res fiat dilucidior, ne uideamur tanq̄ in tenebris tm̄ præceptionū uersari, nō applicando ea ad usum rei. Propono ecce mihi iterū prius illud exemplū, in quo locus alter notissimus ille habet in latitudine 48. gra. alter 38. gra. 37. mi. & ille quoq̄ occidentalis est, numerū igit̄ cōparandū inueni esse 24. gra. 34. mi. sinū eius duco in sinū cōplementi latitudinis minoris, scilicet 78 133. p̄ductū diuido in sinū maximæ declinationis, si deinde arcum quotientis subtrahō à 90. remanent 35. gra. 25. mi. quibus numeratis à principio δ (siquidē locus ille ad quē cōparatur alter occidentalis est) secundū ordinē signorū finietur numerus ille in 5. gra. 26. mi. δ , qui & ascendens est uno temporis articulo usq̄ loci seu ciuitatis.

PRONUNCIATVM LXIX.

Quotidie ex altitudine & azimuth solis eleuationem poli colligere.

Retulerit plurimū pronunciatū hoc diligenter obseruare, siquidē per eam quis eleuationem poli singulis diebus cognoscere hoc modo. Ex 39. pronunciatō inuentā habes distantiam \odot in circulo maiori ab interfectione æquinoctialis & horizontis, ex 40. autē quæ facit circulus iste maior cum æquatore iuxta punctū interfectionis horizontis & æquatoris, angulū hunc differentia causa uoco angulū superiorē. Deinde inuentū ex 41. pronunc. angulū quē idem ille circulus efficit cū horizonte, etiam iuxta interfectionē æquatoris & horizontis, siquidē tres illi circuli maiores ibi cōueniunt, atq̄ is angulus dicitur inferior. Quod si iam \odot fuerit in aliquo signo septentrionaliū, tunc subtrahē superiorē angulū ab inferiori; sin autē \odot in signo aliquo sit meridionali, inferiorē & superiorē angulos simul addendo coniunges, & pueniet inde tibi altitudo æquatoris propositæ regionis siue ciuitatis, cōplementū ipsius erit altitudo poli quæ sita, sicut ex hoc exemplo intelliges. Esto ut in die & hora inronisationis Augustæ obseruarit quispiā per instrumentā altitudinē solis 44. gra. 52. mi. supra horizontē, azimuth quoq̄ ipsius ab ortu æquinoctialis uersus meridiē 21. gr. 4. mi. \odot autē eo die & hora fuit in 2. gr. 26. mi. Π , declinatio eius p̄ 5. pronunciatū est 20. gra. 42. mi. Iam quæ siturus ego principio sum quātus sit arcus, qui ex \odot ad interfectionē æquatoris & horizontis adduci potest, sinum cōplementi azimuth scilicet 933 16. duco in sinum cōplementi altitudinis, s. 70875. p̄ductū diuido in ipsum totum, quotiens erit 66 137. arcus illius quotientis de 90. subductus, relinquet 48. gra. 36. mi. arcus scilicet quæ situs. Post hæc insuper quæro angulū superiorē hoc modo, sinū declinationis \odot 35447. duco in totū, p̄ductū inde diuido in sinum arcus iam inuenti, s. 75011. quo

ciens